

Un ampio scorcio di vita d'accampamento

Iamque frumenta maturescere incipiebant atque ipsa spes inopiam sustentabat, quod celeriter se habituros copiam confidebant. Crebraeque voces militum in vigiliis colloquiisque audiebantur prius se cortice ex arboribus victuros, quam Pompeium e manibus dimissuros. Libenter etiam ex perfugis cognoscebant equos eorum tolerari, reliqua vero iumenta interisse; uti autem ipsos valetudine non bona cum angustiis loci et odore taetro ex multitudine cadaverum et cotidianis laboribus, insuetos operum, tum aquae summa inopia adfectos. Omnia enim flumina atque omnes rivus, qui ad mare pertinebant, Caesar aut averterat aut magnis operibus obstruxerat, atque ut erant loca montuosa et asperae angustiae vallium, has sublicis in terram demissis praesaepserat terramque adgesserat ut aquam continerent. Ita illi necessario loca sequi demissa ac palustria et puteos fodere cogebantur atque hunc laborem ad cotidiana opera addebant; qui tamen fontes a quibusdam praesidiis aberant longius et celeriter aestibus exarescebant. At Caesaris exercitus cum optima valetudine summaque aquae copia utebatur, tum commeatus omni genere praeter frumentum abundabat; quibus rebus cotidie melius succedere tempus maioremque spem maturitate frumentorum proponi videbant.

Cesare

Una traduzione

E già il frumento cominciava a maturare ed la speranza stessa rendeva sopportabile la carestia, perché confidavano di trovarsi presto nell'abbondanza. Durante i servizi notturni di guardia e nelle conversazioni si udivano spesso i soldati dichiarare che si sarebbero nutriti della corteccia degli alberi prima di lasciarsi sfuggire dalle mani Pompeo.

Venivano anche a sapere con piacere dai disertori che i loro cavalli erano tenuti a stento in vita, ma tutti gli altri animali da soma erano morti; e che essi stessi non godevano buona salute, non solo per la ristrettezza del luogo, per il nauseante fetore che emanava dal gran numero dei cadaveri, per le quotidiane fatiche a cui non erano più abituati, ma anche perché soffrivano l'estrema mancanza d'acqua.

Tutti i fiumi e tutti i ruscelli che andavano a gettarsi nel mare, Cesare li aveva fatti deviare od ostruire con grandi dighe e, poiché la regione era montuosa e le valli scoscese e strette, aveva fatto costruire uno sbarramento con pali piantati al suolo ed aveva fatto ammassare della terra per il contenimento dell'acqua.

E così il nemico era assolutamente costretto a scendere in luoghi bassi e paludosi ed a scavare pozzi, lavoro che si aggiungeva alle fatiche quotidiane; e tuttavia queste fonti erano troppo lontane da alcune guarnigioni e si prosciugavano rapidamente per il caldo.

Al contrario, l'esercito di Cesare non solo godeva ottima salute ed aveva acqua in grande quantità, ma anche aveva in abbondanza, ad eccezione del frumento, ogni genere di viveri. I soldati di Cesare, grazie a questa favorevole situazione, vedevano di giorno in giorno avvicinarsi tempi migliori e con la maturazione del grano aumentare la speranza.

L'articolazione strutturale del passo messa in evidenza dalla distribuzione sintattica del testo

Caesariani

1. Iamque *frumenta* maturescere **incipiebant**,
2. atque ipsa spes inopiam **sustentabat**,
3. quod
4. celeriter se habituros *copiam*
5. **confidebant**;
6. crebraeque *voces* militum in vigiliis *colloquiisque* **audiebantur**,
7. prius se cortice ex arboribus victuros,
8. quam *Pompeium* e manibus dimissuros.

Pompeiani

9. Libenter etiam ex perfugis **cognoscebant**
10. equos *eorum* tolerari,
11. reliqua vero iumenta interisse;
12. uti autem *ipsos valetudine non bona*,
13. cum angustis loci
14. et odore taetro ex multitudine cadaverum
15. et cotidianis laboribus
16. *insuetos* operum,
17. tum aquae summa inopia *affectos*.

Caesar

18. *Omnia* enim flumina atque *omnes* rivos,
19. qui ad mare **pertinebant**,
20. **Caesar** aut **averterat**
21. aut magnis operibus **obstruxerat**,
22. atque
23. ut **erant** loca montuosa et asperae angustiae vallium
24. sublicis in terram demissis
25. **praesaepserat**
26. terramque **aggesserat**,
27. ut aquam contineret.

Pompeiani

28. Itaque *illi* necessario loca sequi demissa ac palustria
29. et puteos fodere **cogebantur**
30. atque hunc laborem ad cotidiana opera **addebant**;
31. qui tamen fontes a quibusdam praesidiis **aberant** longius
32. et celeriter aestibus **exarescebant**.

Caesariani

33. At Caesaris exercitus cum *optima valetudine*
34. summaque aquae *copia* **utebatur**,
35. tum commeatus omni genere praeter *frumentum* **abundabat**;
36. quibus rebus
37. cotidie melius succedere tempus
38. *maioremque spem* maturitate *frumentorum* proponi
39. **videbant**.